

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Joachim Langens Verbesserte und Erleichterte
Lateinische Grammatica**

Lange, Joachim

Halle, 1726

Grammaticae pars VI.

[urn:nbn:de:bsz:31-263836](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263836)

GRAMMATICÆ PARS VI.

DE POETICA.

CAP. I.

DE PROSODIA.

MEMBRUM I.

DE

REGULIS GENERA-
LIBUS.

§. I. *Prosodia* inservit Poeticæ, & docet Syllaba-
rum *quantitatem* : unde dependet *Accentus* seu
Tonus.

§. II. Secundum *quantitatem*, seu pronuntian-
di *modum*, syllaba alia est *longa*, alia *brevis*, alia
anceps seu communis.

Not. 1. Syllaba longa dicitur *produci*, Syllaba brevis
corripi

	longæ	{ - Mater
2. Signum seu nota syllabæ brevis	est	{ v Pater
communis		{ v Patre

4. Duæ breves syllabæ in versibus haud raro po-
nuntur pro una longa, & vice versa.

§. III. Totius Poeseos, in primis Prosodiæ, omni-
umque de *quantitate* regularum fundamentum est
auctoritas, seu exemplum veterum poetarum : qua
praeterea utimur, quando regulæ deficiunt, vel
ignorantur.

§. IV. *Quantitas* secundum hanc auctoritatem
sex modis cognoscitur : *Diphthongo*. 2. *Positione*.

3. *Vocali ante Vocalemi*. 4. *Contractione*. 5. *Ac-
centu*. 6. *Analogia*.

Y 3

§. V.

S. V. Omnis *Diphthongus* natura longa est.

Not. 1. *Præ* in compositione, sequente vocali, sæpe
ripitur, quod etiam diphthongis interdum in fine
cidit, more Græcorum, v. g.

Spiribus duris agitur sudibusque præstitis,
Virg. 7. *Æn.*

Insula Ionio in magno. Virg. l. 3. *Æn.* v. 211.

2. Græca diphthongus *ei* apud Latinos modo in *I* longum
modo *E* longum transit:

I longum: Nilus, idolum Alexandria, Antiochia idolo-
tria, litania, politia, Nicomedia, Samaria, Darius, Bal-
lius, Arius &c. Græce Νῆλος ἰδῶλον &c.

E longum: Chorea, Platea, Cytherea, Medea, La-
cea, Museum, Achilleus, Spondeus, Epicureus, Anti-
teus, Græc. χορεία, πλατεία &c.

Poetæ tamen ex diphthongo *ei* interdum abijciunt *I*, ut
neat *E* breve; hinc chorea, platea &c.

Interdum etiam resolvitur *ei* & *e* mutatur in *η*, unde e ant
producitur, v. g. Cythereia, Elegeia, Græc. ἐλεγία.

S. VI. *Positione* longa est syllaba, quando vo-
lem proxime sequuntur *duæ consonantes*, aut
duplex, ut *j*, *x*, *z*: sive in eadem voce, sive in fine
cedentis & initio sequentis vocis v. g.

Mons, pons, arma, rexit, gaza. major, reijctio,
jecto, peior, cujus, ejus.

N. I. Litera *H* in metro non habet vim consonantis.

2. Vocalis ante *J* in *bijugus, quadrijugus*, brevis est, q
in his habetur pro simplici.

3. *Muta cum Liquida* (sive cæteræ consonantes cu
L, M, N, R.) in eadem syllaba præcedentem vo-

lem, si extra positionem natura brevis est, facit ancipitem, sed in soluta oratione perpetuo corripendam. v. g. *pater, patris, tenebra.*

Nox tenebras profert, Phæbus fugat inde tenebras.

Est primo similis volucris, mox vera volucris. Ovid.

4. Vocalis natura longa per mutam & liquidam non potest corripri, v. g. *Mater, matris.*

5. Vocales, quæ extra positionem non veniunt, eæ cognoscuntur *auctoritate*: suntque vel longæ, ut *ebrius*; vel communes, ut prima in *proprium, Cyclops &c.*

§. VII. *Vocalis* ante vocalem in eadem voce corripitur: (sive simplex ea sit, sive composita seu diphthongus,) ut *prius, reus, nihil, mihi, abemum, delicia, deamo.*

N. I. *Fio* habet I longum, nisi assumat R, tunc enim corripitur. v. g.

Omnia jam fiunt, fieri quæ posse negabam. Ovid, L. I. Trist. El. 7.

2. Genitivi & Dativi quintæ Declin. E ante I producunt: *diei, speciei*; præter *rei, spei, fidei*, penultima brevi.

3. Genitivi in IUS, I longum, in carmine faciunt commune: sed Gen. *alius* (pro *alio*) semper producitur; *alterius* semper corripitur.

4. Vocativi *Cai, Pompei, Vultei* penultimam producunt.

5. Jod interdum in vocalem mutatur, v. g.

Pervigil in plumis Cajus (trifyll.) *ecce jacet.* Mart.

6. *Eben* priorem producit: sed *obe* priorem habet communem.

7. O, exclamandi particula, ante vocalem est anceps, v. g.

Outinam mea fors, primum quo coperat, isset Ovid.

Te corydon, o Alexi, trahit sua quemque voluptas. Virg.

8. In Græcis Græca servatur quantitas. Hinc productum
museum, dius, Eos: Gr. *μῦσεον, διο, ἑως*

-vv -vv -vv.

item *Aeneius, Cythereus, Priameus, & similia*. Sic
 cum Compositis semper a productis: ut *Menelaus,*

9. In vocibus origine Græcis E & I in penultima com-
 untur, etiamsi more Græcorum pronuciari solent
 cum Accentu, v. g.

Andreas, Dorotheus, Dorothea, Idea, Sophia,
Philosophia, Symphonia, Profodia &c.
& Maria, Elias, Zacharias &c.

Sed *Academia* in penultima est anceps. Græce enim
 bitur *ἀκαδημία, ἀκαδημία.*

§. VIII. Syllaba contracta longa est, v. g.
 pro *nihil, mi* pro *mibi, cogo* pro *coago, tibi* cen-
tibicen, Gen. alius pro *alius.*

Nota. Sæpe fit contractio intercedente Syncope; v.
nil pro *nihil, ni* pro *nisi, quis* pro *quibus, malo*
maulo, biga pro *bijuga, quadriga* pro *quadrige-*
nonus pro *novenus, denus* pro *decenus, junior*
juvenior, Deum pro *Deorum, Diana* pro *Deaja-*
Jana apud veteres erat *luna.*

§. IX. Accentus cum ipsis vocibus statim
 notandus est. Potest autem in *Poly-syllabis* ex
 centu tantum cognosci quantitas *penultimæ*. v. g.

MI in *Dominus* est syllaba brevis, quia vi auctoritatis
 Accentu: sed & antepenultima *do* brevis est autem
 rate, etsi accentum præ se ferat.

Item *ga* in *legare* est syllaba longa, quia habet acc-

rum: sed etiam antepenultima longa est, etsi accentum tam
clare non præ se ferat.

Not. Vocativi Nominum in *IUS* quantitatem penultimæ
etiam in versu retinent talem, qualis erat Nominativi.
v. g. *Mercurius, Virgilius. Voc. Mercuri, Virgili.*

Dijudicatio quantitatis ex accentu tantum locum habet
in pollysyllabis, seu in vocibus, quæ ad minimum habent
tres syllabas. Pollysyllabum autem si nondum est, sæpe fieri
potest per *compositionem.* v. g. *Scri* in scribo est syllaba
longa, quia dicimus *inscribo.* *Li* in ligò est syllaba brevis,
quia dicimus *alligo.* *Mo* in monet est syllaba brevis, quia
dicimus *admonet.* Sic *su* in super est syllaba brevis, quia
dicimus *insuper, desuper.*

Hic etiam locum habet *deminutio.* v. g. *Mi* in homini-
bus est syllaba brevis, dicimus enim *homini:* *E* in *docueri-*
mus est breve, quia dico *docuerim.*

§. X. Accentui inservit, ideoque addenda
est, *Analogia Derivationis, Declinationis & Conju-*
gationis. v. g.

Media in *loquela* est longa, ad analogiam vocis *tutela,*
Corpus, corporis, corpori &c. Ergo & pecus, pecoris &c.
Amo, amabam, amarem. Ergo & clamo, clamabam, clamarem.

N. 1. *Do, das, da* longa sunt: in ceteris syllaba *da* ex verbo
do & ejus compositis brevis est. v. g. *Dabam, dabo*
dato, date, darem, dare, datum &c. Sic *circumdaba-*
bam, circumdabo.

2. *U* in Præsenti verborum ubique corripitur, ut *sumus,*
quesumus, volumus, nolimus.

3. Personæ *imus & itis,* ubique in penultima corripiuntur:
excepto Præsenti *IV. Conjugationis:* quorsum perti-
nent hæc: *stans, sitis; velimus, velitis; nolimus,*
nolitis.